Provincialia et synodalia ecclesiae Coloniensis
Cologne: Johann Koelhoff, the Elder, 29 Sept. 1492, 1492 Seite 159



# Incipiunt statuta

Curie Coloñ edita per reuerendũ dñm Ropertum archiepm Coloñ.

Ropertus dei grã sancte ecclesie Coloñ archieps. sacri rhomani imperij priceps elector ac per Italiã archicãcellarius westphalie et angarie dux. &c. Quia vt experientia didicimus patroni causarũ aduocati pcuratores et notarij corã officiali nr̃o p tpe existeñ. A iuris ordine sepius deuiarunt. propter qd et ptes litigãtes inutilibus expensis grauari. sententias sup huiusmodi nulliter seruato processu. in rhomana curia annullari et cassari sepius contigit. Nos modũ procedendi in causis quibuscũq corã dicto officiali pendentibus introducendũ dare cupientes. Habita desup cũ venerabili capitulo nr̃o iurisperitis et practicl. cõsiliarijs nr̃is deliberatione matura. Statuim⁹ et ordinauimus ac statuim⁹ et ordinamus ea q̃ sequũtur.

¶ In pmis inouamus statuta bone memorie Theoderici archiepi Colonienß pdecessoris nr̃i circa iudiciariũ ordinem laudabiliter edita. psertim circa habilitates psonaꝝ. aduocatoꝝ. pcuratorũ. et notarioꝝ. et que causa censetur summaria et leuis. videlꝫ illa que nõ excedit summã duodecĩ florenoꝝ auri electoruꝫ imperij. Relique vero cause sup rebus dictã summã excedentibus censeantur plene.

¶ Itẽ statuimus et ordinam⁹ q cause introducte sup rebus nõ excedentibus valorem octo marcarum Coloniensium censeantur minime. Etiam si inter pauperrimas psonas ventilarent.

¶ Item statuimus et ordinamus q in causis pphanis summarijs seruabuntur termini et modus pcedẽdi. sicut in causis beneficialibus. decimarum matrimonialibus et vsurarum prout infra patebit.

¶ De obseruatione terminorum in causis plenis mere pphanis. Et termini seruandi in causis prophanis sup summa excedente valorem duodecim florenoꝝ renensium.

Primus terminus substãtialis necessarius est post citationem ad causam seu post resolutioneꝫ monitorij videlꝫ q citet reus ad libellãdum ad secundã dieꝫ Si tũc libell⁹ non esset paratus posset dari certa cedula in qua inchoat⁹ est libell⁹ nõdũ pfectus et obtineri ad corrigendũ ad pmã dieꝫ vt termin⁹ seruet. in pmo termino prefixo ꝛ iste terminus est cõis vtriq pti ita q licꝫ tã actori q̃ꝫ reo libellare. si vult libello realiter oblato citet ps aduersa vel prefigatur pcuratori apud acta. terminus ad respondendũ libello oblato litẽ desup cõtestãdã et iurãdũ de calumnia: Primo ad pmã diẽ iuridicã. Et iste termin⁹ quo ad litis contestationẽ. ꝛ iuramentũ calũnie est cõis. Secũdo ad ideꝫ sub pena excõicatiõis ad pmã diẽ. Tertio ad idem sub excommunicationis pena. alioquin ad videndum partem aduersam excommunicari ob non responsionem libelli. Interea ostendatur libellus et exceptiones si date sint contra libellum officiali vt admittat libellũ vel reijciat et compellat ad litem contestandam vt moris est. Lite contestata et iurato de calumnia prefigatur parti terminus ad articulandum qui etiam est communis vtriq parti ad secundam.

D usi.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-158/0159
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG